 Abstractus est qui significat solam formam. Per
 10 subjectum intelligitur id quo accipit denominationem ab alio. Per formam vero intelligitur id quod alteri denominationem tribuit. Sic in
 concreto justus quod idem sonat ac *ens habens*
justitiam. Subjectum est homo qui denomi-
 15 natur justus; forma vero est justitia quae ho-
 minem denominat justum.

68. Concretum aliud est intrinsecum, aliud extrinsecum²¹², aliud partim intrinsecum et partim extrinsecum²¹³. Concretum intrinsecum est qui cuius forma est intrinseca subjecto. Quod dupli-
20 mo est nempe per identitatem, vel per unionem. For-
ma est intrinseca per identitatem quando cum
subjecto identificatur. Tale concretum est sa-
piens respectu Dei quia sapientia est praedica-

[p. 34]

tum essentiale²¹⁴ Dei sive cum subjecto denomina-
tionis identificatur. Haec concreta dicuntur Me-
taphysica²¹⁵. Forma est intrinseca per unionem quan-
do a subjecto quid distinguitur et separari
5 potest, eidem tamen inhaeret et intime conjuncta
est. Tale est concretum doctus item justus respec-
tu hominis, quia et doctrina et justitia ab ho-
mine cui inhaerent, absse possunt. Haec con-
cretum vocari solent Physicam.

10 69. Concretum extrinsecum²¹⁶ seu Logicum
est cuius forma est extrinseca subjecto. Talia sunt con-
creta visus, amatus, cognitus quia cognitio
qua alterutru cognosco non inest ei qui denomi-
natur cognitus. Sed notandum quod licet

²¹² strinsecus

²¹³ strinsecum

²¹⁴ essensiale

²¹⁵ Methaphysica

²¹⁶ strinsecum

¹⁵ forma sit extrinseca²¹⁷ subjecto; semper tamen est intrinseca ipsi concreto quia forma semper est pars concreti.

70. Denique concreta partim intrinseca partim extrinseca²¹⁸ sunt vg. *aequalis, similis.*

²⁰ Quia similitudo necessario saltem inter duos datur atque ideo est partim intrinseca subjecto denominationis partim termino

[p. 35]

cui subjectum dicitur simile.

71. Observandum ulterius quod concreta possunt accipi vel specfificative, vel reduplicative, vel concretive. Concreta sumuntur specificative, si praedictatum iis convenit tantum ratione subjecti et non ratione formae. Vg. *Logicus ambulat.* Praedicatum ambulare convenit Logico non ratione forma seu Logicae sed solum ratione subjecti, quia scilicet ut homo potest se mouere ab loco ¹⁰ in locum. Unde sensus est *homo qui est Logicus ambulat.*

72. Concreta Reduplicative sumuntur, si praedicatum aliquod ipsis conveniat ratione formae; sive si ipsa forma est ratio ut praedicatum

²¹⁷ strinseca

²¹⁸ strinseca

¹⁵ possit affirmari vg. *Logicus disputat*, ubi praedicatum disputare convenit subjecto ratione formae. Sensus proinde²¹⁹ propositionis est *Logicus disputat et ratio disputandi est Logica: sive disputare convenit Logico ratione Logicae.*

²⁰ Concretum hoc exprimi solet per particulas *qua, quatenus, ut, in quantum*. Vg. *Logicus qua Logicus*, vel *quatenus Logicus disputat*. Hae ipsae particulae interdum meram conditionem significat. Vg. *ignis qua applicatus urit*. Aplicatio est mera conditio non autem ratio urendi.

[p. 36]

73. Concretive sumuntur concreta quando praedicatum iis convenit tam²²⁰ rationi subjecti quam formae.

74. Dividitur nono in terminis primae intentionis et secundae²²¹ intentionis. Terminus primae intentionis seu primo intentionalis est qui tum ad significandas res ipsas prout sunt in se, tum ad primas nostras cogitationes exprimendas sunt instituti. Tales sunt *Deus, homo, lapis*. Terminus saecundae intentionis seu secundo intentionalis est, qui simul ad exprimendas cogitationes nostras secundas²²² et reflectas adhibetur. Sive qui

²¹⁹ prohinde

²²⁰ tan

²²¹ saecundae

²²² saecundas

significat rem reflexe cognitam et cum aliqua denominatione ab ipsa cognitione reflec-
¹⁵te accepta. Tales sunt subjectum, praedicatum, universale, genus, species, etc. Res declaratur exempla. Si dicam *homo est animal*, homo et animal sunt termini primae intentionis. Quod si me reflectam super hanc propositionem, et ²⁰ dicam: *homo est subjectum*; in hac secunda²²³ propositione subjectum est terminus secundae²²⁴ intentionis sensusque propositionis est homo cognitus tanquam id, de quo aliquid affirmatur, dicitur subjectum. Unde secunda hac propositio

[p. 37]

in priorem reflexa exhibet hominum ut jam prius affectum aliqua a cognitione directa, ratione cuius per cognitionem reflectam tribui potest homini hac denominatio *esse subjectum*.

⁵ **75.** Sed advertendum diversa esse haec duo. “Terminus 2º intentionalis et terminus sumitur secundo intentionaliter. Ut enim terminus in aliqua propositione secundo intentionaliter sumatur debet²²⁵ ex parte subjecti importari ¹⁰ aliqua cognitio. Ut in illa propositione *homo est subjectum*, in hac alia animal est genus in qua animal secundo²²⁶ intentionaliter sumi-

²²³ saecunda

²²⁴ saecunda

²²⁵ devet

tur. Sensus enim propositionis est *Animal confuse cognitum est genus*. Terminus autem
¹⁵ secundo²²⁷ intentionalis potest etiam sumi primo intentionaliter, ut in hac propositione,
genus non est species.

76. Eo quod verbis seu terminis res exprimatur maxima in ideis solet esse confusio;
²⁰ saepe quidem accidet, ut termini obscure et confuse percipientur. Nunc duo obscuritatis et confusionis vitandae remedia dabimus²²⁸, *definitionem* scilicet et *divisionem*.

[p. 38]

Sit ergo Articulus tertius De Nominis et rei definitione

77. Definitio generaliter sumpta est ejus quod in nomine vel in re obscurum et involutum est, dilucit explicatio. Quoniam autem diversa sunt cognoscere rei naturam vel nomen hinc duae definitionis classes²²⁹ distinguuntur²³⁰ nominalis²³¹ scilicet [et] realis. Nominalis sive nominis explicat sive determinat quid aliquo nomine intelligatur; ut cum dico: quantitatis

²²⁶ saecundo

²²⁷ saecundo

²²⁸ davimus

²²⁹ clases

²³⁰ distinguntur

²³¹ nominandis

¹⁰ nomine intelligo id penes quod duo corpora aequalia sunt vel inaequalia.

78. Definitio realis sive rei est, qua latens rei natura explicatur, sive *est oratio explicans naturam rei*. Quoniam vero rei naturam explicare possimus, et per essentialia²³² attributa²³³, scilicet quae ipsam rei essentiam ingrediuntur, et per attributa²³⁴, quae ad rei essentiam²³⁵ pertinent idcirco duplificem²³⁶ rei definitionem distinguimus, *essentialiem*²³⁷ et *accidentalem* quam *descriptivam* vocant. Prior est rei explicatio²³⁸ per essentialia²³⁹ attributa²⁴⁰ ut cum homo animal rationale definitur. Posterior est, quae fit per attributa²⁴¹ externa seu adventitia ut cum homo describitur a Tulio animal providum, sagax, acutum, memor, plenum rationis et consilii.

²⁵ **79.** Definitio essentialis²⁴² duplex est: Alia

²³² essensialia

²³³ attributa

²³⁴ attributa

²³⁵ essensiam

²³⁶ dupplinem

²³⁷ essensiale

²³⁸ explicatio

²³⁹ essensialia

²⁴⁰ attributa

²⁴¹ attributa

[p. 39]

*physica; alia Metaphysica²⁴³. Physica est quae totum explicat per partes physicas essentiales²⁴⁴, ut si hominem definias compositum ex corpore et anima. Metaphysica²⁴⁵, quae totum explicat per partes Meta-⁵physicas²⁴⁶, seu per genus et differentiam. Exemplum cum eundem hominem definis *animal rationale*.*

Articulus Quartus De divisione²⁴⁷

80. *Divisio²⁴⁸ generatim sumpta est totius in suas ¹⁰ partes distributio; sive oratio totum in suas partes distribuens. Divisio²⁴⁹ varia est per dividendorum objectorum varietate: unde quia triplex distinguitur totum *actuale*, scilicet *potentiale*, et *accidentale*, triplex etiam est divisio²⁵⁰. Divisio²⁵¹ actualis est, ¹⁵ quae totum in partes ex quibus *actu constat*, distribuit. Si partes ex quibus totum coalescit, sint physicae, appellatur divisio²⁵² Physica ut cum hominem in corpus et animam divido. Si partes sint*

²⁴² essensialis

²⁴³ Methaphysica

²⁴⁴ essentiales

²⁴⁵ Methaphysica

²⁴⁶ Methaphysicas

²⁴⁷ divisione

²⁴⁸ divitio

²⁴⁹ divitio

²⁵⁰ divitio

²⁵¹ divitio

integrantes ex quibus totum ita coalescit ut
20 sine qualibet illarum concepi possit, appellatur
divisio²⁵³ integralis, ut cum dico corpus dividitur
in manus, pedes, et braquia, et totum appellatur
integrale. Si partes sint Metaphysicae²⁵⁴ genus
nempe et differentia dicitur *divisio²⁵⁵ essentialis²⁵⁶*,
25 ut cum homo in animal et rationale dividitur

[p. 40]

totumque tale *Metaphysicum²⁵⁷* appellatur.

81. *Divisio²⁵⁸ potentialis est quae totum potentiale
in sua inferiora distribuit.* Totum potentiale
dicitur attributum²⁵⁹ quodcumque universale quod
5 per differentias²⁶⁰ ad plura determinatur: sic ani-
mal dicitur potentiale²⁶¹ quia per rationalitatem
et irrationalitatem in homines et bellugas certo
quodammodo dividitur. *Divisio²⁶² accidentalis est,*
quae subjectum dividit in sua accidentia²⁶³, ut ho-

²⁵² divitio

²⁵³ divitio

²⁵⁴ Methaphysicae

²⁵⁵ divitio

²⁵⁶ essensialis

²⁵⁷ Metaphysicum

²⁵⁸ Divitio

²⁵⁹ atributum

²⁶⁰ differencias

²⁶¹ potensiale

²⁶² Divitio

²⁶³ accidensia

¹⁰minem in album²⁶⁴ et nigrum, vel accidentia²⁶⁵ in sub-
jecta ut album²⁶⁶ in nivem et papirum, vel accidens
in accidentia, ut album²⁶⁷ in amarum et dulce.

82. Divisiones²⁶⁸ optimae regulas quatuor
communiter designant. Prima divisio²⁶⁹ debet²⁷⁰ esse
¹⁵ brevior²⁷¹ quo fieri potest, hinc divisio²⁷² in partes inu-
tiles²⁷³ fieri non debet²⁷⁴. 2^a. Divisio²⁷⁵ debet²⁷⁶ esse adaequ-
ata²⁷⁷, ita nempe, ut membra divisionis²⁷⁸ simul sump-
ta nec totum divisum excedant²⁷⁹ nec ab illo defici-
ant, non est ergo recta terrae divisio²⁸⁰ in Europa, [et] Assiam,
²⁰ cum praedicta terra partes tellurum integrum non
adhaequent²⁸¹. 3^a membra divisionis²⁸² sese mu-
tuo *excludant*, scilicet illorum unum in alio
minime contineatur: cuius regulae defectu pec-

²⁶⁴ alvum

²⁶⁵ accidentia

²⁶⁶ alvum

²⁶⁷ alvum

²⁶⁸ Divisiones

²⁶⁹ divitio

²⁷⁰ devet

²⁷¹ vrebior

²⁷² divitio

²⁷³ iutulas

²⁷⁴ devet

²⁷⁵ Divitio

²⁷⁶ devet

²⁷⁷ adhaequata

²⁷⁸ divitionis

²⁷⁹ exedant

²⁸⁰ divitio

²⁸¹ adhaequent

²⁸² divitionis

cat divisio²⁸³ animalis in sensitivum et rationale;
²⁵ cum rationale, ut est evidens sensitivum com-

[p. 41]

plectatur. Nullum est enim animal quod ratione praeditum sit, et sentiendi facultate destituantur. Tandem divisio²⁸⁴ fiat in membra proximiora seu *immediata*. Sic divisio²⁸⁵ substantiae in spiritualem et corpoream optima reputatur; quia spiritualitas et corporeitas substantiae genus immediate distribuunt: vel econtra Europam disseminatus male incipis ab Urbibus aut Provinciis sed a Regionis descendes²⁸⁶ ad Provincias, ab iis ad Territoria.

**Sectio²⁸⁷ Secunda
De Judicio et Propositione**

**Articulus Primus
De Natura Judicii et Propositione**

⁵ **83.** Postquam mens duas ideas comparat, eas vel per affirmationem jungit, vel per negationem separat atque hic actus judicare dicitur. *Est igitur judiciumactus quo mens unus de alio affirmat vel negat, ex*

²⁸³ divitio

²⁸⁴ divitio

²⁸⁵ dikvitio

²⁸⁶ descendes

²⁸⁷ Cectio

quo sequitur ad omne judicium duo necessario requiri. Primum *quod duarum idearum consciit sint:*
²⁸⁸neque enim Deum justum esse affirmare possumus nisi quid Dei quidque justitia nomine veniat scimus. Secundum *quod duarum idearum habitudo²⁸⁹ menti igno-*
¹⁵*tescat²⁹⁰*; ea enim mens ad judicandum determinatur.

[p. 42]

84. Sicut ideae per terminos ita judicia per propositionem explicantur: unde quae de propositionibus dicamus judiciis debent²⁹¹ proportione²⁹² servata applicari. Propositio est oratio unum de alio enuncians per *affirmationem aut negationem*. Omnis propositio tribus constat *Subjeto*, scilicet *praedicato et copula*. Subjectum est de quo aliquid dicitur. Praedicatum est quod de alio dicitur. Copula vero est nexus horum terminorum. Seu *verbum est aut non est*. Sic in hac propositione *Gallis sunt regicidae*: subjectum est terminus *Gallis*, praedicatum *Regicidae*. Copula vero verbum *sunt*.

85. Non tamen semper praedicatum et subjectum exprimuntur; sed quandoque ambo quandoque vero unum subintelligitur. In priori

²⁸⁸ Antes 2º. *Quod duarum idearum abitudo menti*

²⁸⁹ abitudo

²⁹⁰ innoctescat

²⁹¹ devent

²⁹² proporsione

sensu ut si hac propositione, *amo*; quae sensum efficit *ego sum amans*; propositio dicitur de primo adjacentem. In secundo, ut in hac *ego amo* quae eundem hac prima sensum efficit,
²⁰ propositio dicitur *de secundo adjacentem*. Quando subjectum, praedicatum, et copula exprimuntur, propositio dicitur *de tertio adjacentem*. In omni propositione quatuor reperiuntur termini materia, nempe, forma, quantitas,

[p. 43]

et qualitas, atque ea his quatuor divisiones media oriuntur.

Articulus Secundus
De divisione²⁹³ Propositionum
⁵ **Ratione Quantitatis et Qualitatis**

86. Propositio Ratione materiae dividitur in *necessariam, contingentem, possibilem*, et *impossibilem*. Propositio necessaria seu melius in materia necessaria ea est cuius praedicatum ita
¹⁰ convenit subjecto, ut nequeat ei non convenire. Ut *Deus est aeternus*. Propositio contingens est cuius praedicatum ita convenit subjecto ut possit ei non convenire, ut *homo est musicus*. Possibilis est cuius praedicartum subjecto nec convenit actu nec
¹⁵ tamen repugnat: Vg. *homo erit Philosophus*²⁹⁴. Im-

²⁹³ divitione

²⁹⁴ Phylosofus

possibis cuius praedicatum necessario excluditur. Ut *homo est lapis*.

87. Propositio Ratione formae dividitur in *affirmativam et negativam*. Propositio affirmativa est quae praedicatum subjecto adjungit. Ut *virtus est amanda*. Negativa est quae praedicatum a subjecto removet, ut *virtus non facit miseros*. Notandum vero quod, ut propositio sit

[p. 44]

negativa debet²⁹⁵ negatio copulam non autem praedicatum vel subjectum afficere; alias enim propositiones de subjecto aut praedicato infinito non vero negativam efficiet, defectu cuius circunstantiae²⁹⁶ ⁵ etsi propositio sit negativa homo non est lapis non tamen hac *homo est non lapis*.

Articulus Tertius
De divisione²⁹⁷ Propositionis
Ratione quantitatis et Qualitatis

¹⁰ **88.** Quantitas propositions ejusdem extensio appellatur: unde ratione quantitatis propositio dividitur in *universalem, particularem, singulararem et indefinitam*. Propositio universalis est cuius subjectum afficitur nota universalitatis

²⁹⁵ devet

²⁹⁶ circunstantiae

²⁹⁷ divitione

¹⁵ ut *homines omnis sunt risibiles*. Notae universalitatis sunt *omnis, nullus*. Propositio particularis est cuius subjectum afficitur nota particularitatis: ut *aliquis homo est pauper*. Notae particularitatis sunt *aliquis, quidam*. Propositio singularis est cuius subjectum, afficitur nota singularitatis, ut *hic homo disputat*. Nota singularitatis est pronomen demonstrativum *hic, haec, hoc*. Propositio indefinita est, cuius subjectum

[p. 45]

nullo signo afficitur, ut *senes sunt prudentes*. Disputant Logici an hae propositiones particularibus aut universalibus aequivaleant. Si praedictae propositiones sint in materia necessaria, indubium²⁹⁸ ⁵ est eas pro universalibus haberi debere²⁹⁹, ast si factae sint in materia contingenti et si Philosophorum³⁰⁰ pars maxima pro particularibus haberi debere³⁰¹, statuant. Universalem tamen esse cum Auctoritatis³⁰² cogitandae propugnamus. Quis enim ¹⁰ has propositiones concedet, *homines sunt nigri, ursi sunt albi*³⁰³? Quae quidem verae sunt et concedendae si particulares. Nam aliqui homines sunt nigri et aliqui ursi sunt albi³⁰⁴. Dicendum ergo

²⁹⁸ indivium

²⁹⁹ devere

³⁰⁰ Phylosoforum

³⁰¹ devere

³⁰² Palabra de lectura dudosa.

³⁰³ alvi

quod propositiones indefinitae sint universales
¹⁵falsae in materia contingentia si rigurose lo-
 quemur, et si aliquando universales verae
 sint universalitate morali pro quo nota du-
 plicem³⁰⁵ distinguit universalitatem aliam *Me-*
*taphysicam*³⁰⁶ aliam *Moralem*. Universalitatem
²⁰*Metaphysicam*³⁰⁷ appollo eam quae nullam pa-
 titur exceptionem: talique universalitate univer-
 salis est hac propositio *omnis homo est risibilis*. Nul-
 lam enim terminus homo exceptionem pa-

[p. 46]

titur quia omnes et singuli homines sunt risibiles.

89. Universalitatem Moralem appollo eam
 quae aliquam patitur exceptionem, talis est haec propositio
Omnes quae sua sunt quaerunt. Haec universalitate
⁵ vere³⁰⁸ sunt frequentissimae propositiones indefinitae qu-
 ales istae: *adolescentes sunt inconstantes; Senes*
sunt laudatores temporis acti; Mulieres sunt gar-
rulae. Si vero propositiones indefinitae sint in
 materia facti, aut narrationes Historicas spec-
¹⁰tem erunt saltem ordinariae singulares; ita
 si quis diceret milites crucifixerunt Jessum;
 subjectum milites sumitur pro determinatis

³⁰⁴ alvi

³⁰⁵ dupplinem

³⁰⁶ Methaphysicam

³⁰⁷ Methaphysicam

³⁰⁸ verae

militibus, pro hinc erit propositio singularis.

90. Ratione Qualitatis Propositio dividitur

¹⁵ in *veram et falsam*. Vera est quae rem quaemadmodum est in se enunciat. Falsa quae rem enunciat aliter ac est in se. Ab eo enim quod res sit vel non sit quaemadmodum enunciatur, enunciatio³⁰⁹ dicitur vera vel falsa. Unde ad veritatem propositioni affirmativa requiritur convenientia praedicati cum subjecto; Ad veritatem autem propositionis negativae necessaria est itriusque repugnantia³¹⁰.

91. Ad veritatem propositionis necessariae

[p. 47]

non requiritur absoluta subjecti existentia; vera enim esset haec propositio: *homo est animal rationale*. Etsi nullus homo existeret; tales siquidem propositiones efficiunt sensum conditionatum. Hinc exposita propositio hunc ⁵ reddit sensum: *si homo existat est animal rationale*: quae semper erit vera. Ob eandem rationem falsae sunt propositiones factae in materia impossibili: qualis ista *homo est lapis*, redit enim hunc sensum: si homo *existat, lapis est*, quod quidem est falsum³¹¹.

10 92. Ad veritatem propositionis in materia contingentia factae requiritur existentia³¹² subjecti.

³⁰⁹ Palabra sobreescrita a **propositio**

³¹⁰ repugnancia

³¹¹ quod quidem est falsum

Hinc ut vera sit haec propositio, *Petrus disputat* requiritur quod Petrus existat et quod disputet quia facit hunc sensum *Petrus existens disputat*. Praedictae enim propositiones denotant affectiones vel actiones quae non nisi in subjecto existenti inveniri possunt; Si vero harum propositionum subjectum non existat dicitur de subjecto non supponente, ut ista *Antichristus Ecclesiam persequitur*.

**²⁰ Articulus Quartus
De propositionibus Modalibus**

[p. 48]

93. Modales propositiones appellantur quae modum praedicatum subjecto convenire vel repugnare enunciant sed et modum quo unum alteri conveniat vel repugnet determinant. Quatuor communiter modalium propositionum genera Philosophi³¹³ distinguunt³¹⁴ juxta³¹⁵ quatuor modos: *necessario* nempe, *contingenter*, *possibiliter* et *impossibiliter*. Sic modales sunt haec propositiones: *homo necessario est rationalis*, *Petrus contingenter est album*³¹⁶, *homo possibiliter est Philosophus*³¹⁷, *homo impossibiliter est equus*.

³¹² existensia

³¹³ Phylosophi

³¹⁴ distingunt

³¹⁵ justa

³¹⁶ alvum

³¹⁷ Phylosophus

94. Non est tamen ratio cur omnes propositiones modales ad hos quatuor modos reduci debeant³¹⁸ maxime cum plura sint adverbia³¹⁹ modum, quo praedicatum subjecto conveniat, expressio-
mentia. Sic modales sunt haec propositiones: *In-
pius difficiliter salvatur; Justus illariter vivit,
equus*³²⁰ *velociter currit*; et aliae innumerae.

95. Ut verae sint propositiones modales re-
quiritur non solum quod praedicatum subjecto con-
veniat, sed insuper quod conveniat eo modo quo
per propositionem enunciatur; alias propositio erit falsa.
Sic falsae sunt sequentes propositiones: *Plato ne-*

[p. 49]

cessario fuit doctus; homo contingenter est rationalis;
quamvis³²¹ praedicatum subjecto conveniat eo praecisse
quod non conveniat eo modo quo per propositionem
enunciatur. Modos quibus praedicata subjectis con-
veniunt, quandoque exprimuntur per nomina ad-
verbii aequivalentia: perinde enim est dicere *homo*
necessario est rationalis ac dicere necessarium est ho-
minem esse rationalem.

³¹⁸ deveant

³¹⁹ adverbia

³²⁰ equus

³²¹ quamvis

Articulus Quintus
**¹⁰De Propositionem idem subjetum et praedicatum
habentium oppositione**

96. Oppositio est repugnantia inter duas propositiones idem praedicatum et subjectum habentium. Triplex communius a Philosophis³²² distinguitur, *Con-*

¹⁵tradictoria scilicet contraria, et subcontraria.

Oppositio contradictoria est repugnantia inter duas propositiones quarum una est universalis et altera particularis et utraque singularis; una affirmativa et altera negativa. Sic istae propositiones: *om-*
*²⁰nis homo disputat; aliquis homo non*³²³ *disputat; Pe-*
trus currit, Petrus non currit contradictorie³²⁴ opponuntur. Regulae pro contradictoriis est, quod

[p. 50]

nunquam possunt esse simul verae, nec simul falsae, alias item posset esse simul et non esse quod implicat.

97. Oppositio contraria est repugnantia inter duas propositiones universales, quarum una est affirmativa et altera negativa; ut *omnis homo currit; Nullus homo currit*. Propositiones contrarie³²⁵ oppositiae

³²² Phylosofis

³²³ Palabra en entrelíneas.

³²⁴ contradictoriae

³²⁵ contrariae

non possunt esse simul verae; alias possent hinc duae contradictoriae esse simul verae. Si etenim vera sit ¹⁰ haec propositio universalis: *omnis homo currit*, vera erit haec *Petrus currit*. Si insuper vera esset simul haec contraria, *nullus homo currit*, era erit haec: *Petrus non currit*. Sed tales propositiones sunt contradictiones: ergo verae essent duae contradictiones. Pos-¹⁵ sunt tamen esse simul falsae quia potest praedicatum subjectis omnibus nec convenire nec repugnare, ut contingit³²⁶ in citatis propositionibus.

98. *Oppositio subcontraria* est repugnantia inter duas propositiones particulares; quarum ²⁰ [una] est affirmativa et altera negativa. Ut *aliquis homo currit*; *aliquis homo non currit*. Generalis re- gula est pro subcontrariis quod nequeant esse simul

[p. 51]

falsae, etsi possunt esse simul verae. Hoc ultimum patet in allatis³²⁷ propositionibus quae sint ambae verae. Prioris vero ratio est, quia si³²⁸ subcontrariae essent falsae, am- barum contradictoriae essent verae; quae cum sint contra-⁵ria possent duae contrariae esse vera, quod demonstra- tum est impossibile.

Articulus Sextus De propositiones simplici, Complexa, et Compo-

³²⁶ contigit

³²⁷ alatis

³²⁸ Palabra entre líneas.

sita

1099. Propositio simplex est, quae taliter unico subjecto et praedicato constat, ut neutrum sit terminus complexus. Talis est haec: *Deus est aeternus*. Propositio complexa est cuius subjectum aut praedicatum aut utrumque est terminus complexus; id est adnexum habet aliud **15** nomen adjectivum; *vg. Deum Omnipotens creavit Mundum peritum*. Nomen adjectivum subjecto vel attributo³²⁹ adnexum aequivalet propositio, cuius subjectum sit pronomen quid, quae, quod. Sic allata³³⁰ propositio *Deus Omnipotens* etc. eadem est ac haec: *Deus 20 qui est Omnipotens creavit Mundum peritum*. Haec autem propositio qui est Omnipotens appellatur incidens, eo quod in propositionem principalem incidat.

[p. 52]

100. Propositionis incidentis munus duplex.

Primo aliquando enim incidens subjecti ideam et significationem solum explicat. Et tum sublato incidente vera adhuc³³¹ manet propositio principalis. Talis est incidens in hac propositione: *homines qui sunt mortales semper ad mortem parati esse debent*³³². Secundo: aliquando incidens subjecti ideam et significationem³³³ restringit, et tunc si eam substuleris communiter

³²⁹ atributo

³³⁰ alata

³³¹ aduc

³³² devent

³³³ significacionem

falsa esset propositio principalis. Ut patet in haec: *Omnes*
¹⁰ *qui pie via erint salvuntur*. Proposicio compo-
 sita dicitur quae non uno sed multiplici subjecto vel
 attributo³³⁴ vel utroque constat: qualis est haec. *Et*
*genus et proavos*³³⁵ *et quae non fecimus ipsi: non ea nostri*
puto: unde simplices propositiones eo dicuntur com-
¹⁵positae quod plures simplices complectatur.

Articulus Septimus
De Multiplici Propositionis Compositae
Divisione³³⁶

101. Propositio Composita alia est Expresse, alia
²⁰ latenter talis, quae licet re ipsa sit composita sim-
 plex tamen specie et verbis videtur. Ad primam

[p. 53]

classem spectant Copulativa, disjunctivae, causales, et Conditionalis. Propositio copulativa sive conjunctiva est, quae multiplici subjeto vel praedicato constat aut istis particulis, *et*, *atque*, *non*, *nec*. Tales sunt istae: *aurum*
⁵ *caeteris omnibus metallis praestat coloris elegancia*³³⁷, *et pondere, et ductilitate; Europa caeteris Mundi par-*
tibus neque est ditior nec maior. Ut propositio conjunctiva sit vera, necesse est ut omnes ejus partes verae sint; se-
 cundus³³⁸ integra propositio falsa evadit. Exemplo sit haec:

³³⁴ atributo

³³⁵ proabos

³³⁶ Divisione

³³⁷ elegansia

10 *Homo omnia animalia superat et intelligendi³³⁹ vi, et eligendi libertate et sensuum praestantia, quae falsa evadit eo solum quod ultima illius pars scilicet hominem omnia animalia sensuum praestantia superare, falsa sit. Propositio disjunctiva est cuius partes uniuntur disjunctivis particulis aut, vel, ut illa Annibal ad suos milites aut vincendum aut moriendum, milites est. Ut propositio disjunctiva sit vera, requiritur ut omni ejus partes verae sint.*

102. Conditionalis propositio ea est quae plures habet partes inter se per particulas conditionales si, modo unitas. Ut haec: si mens humana est spiritialis est etiam immortalis. Pars prima quae scilicet particulam conditionalem includit vocatur antecedens

[p. 54]

altera vero consequens. Propositionis veritas tota pendet ab utriusque partis conectione, ita ut licet tandem partes sint falsae possit esse propositio conditionis vera, ut patet in haec: Si materia cogitare potest anima nostra potest esse materialis; cuius licet partes sint falsae ipsa tamen vera est.

103. Propositio Causalitatis ea est quae duas habet partes his particulis quia, eo quod, quoniam aliquisque similibus quas causales appellant devincta.

³³⁸ saecus

³³⁹ intelligendi

¹⁰ Ut illa Virgilii: *Possunt quia posse videntur.* Ad propositionis causalis veritatem duo requiruntur. Prima ut verae sint ambae illius partes, utraque siquidem absolute enunciatur. Secundo ut pars una sit alterius causa; id siquidem dici-
¹⁵tur. Hinc falsa erat Gentilium quorundam propositio ideo *Romanum Imperium cecidit quia Idolorum cultum adjecit.*

104. Ad secundam propositionem compositarum classem spectant propositiones quas exponibiles
²⁰ dicunt eo quod per alias propositiones quae idcirco exponentes dicuntur, explicantur. Et sunt praecipue quadruplicis generis, scilicet *exclusivae*³⁴⁰

[p. 55]

*exceptivae*³⁴¹, *comparativae*³⁴² et *reduplicativae*³⁴³. Propositio exclusiva est, qua etsi simplex appareat, particulam tamen excludentem habet nempe *solum*, *tantum*, *dum-taxat*³⁴⁴, qua fit ut composita sit quoad sensum: ut
⁵ ista: *Solus Romanus Pontifex est supremum Ecclesiae caput;* quae hunc sensum reddit *Romanus Pontifex et nullus praeter ipsum est supremum Ecclesiae caput.*

³⁴⁰ *sclusivis*

³⁴¹ *excessive*

³⁴² *comparative*

³⁴³ *reduplicative*

³⁴⁴ *dumtaxat*

105. Ab Exclusiva parum distat propositio Exceptiva, quae ope particulae exceptivae *praeter*, aut similis aliquid accipit, ut si dicam *omnes surdi a nativitate sunt etiam muti praeter Petrum*, sensus est quod omnes surdi sint muti sed Petrus a nativitate surdus non sit mutus sed a regula generali excludatur. Propositio comparativa est, cuius prae dicatum enunciatur de subiecto quod alteri comparatur; ut haec est: *Sol est major Luna*, cuius sensus est: *Sol et Luna magni sunt sed tamen Luna separatur a Sole*. Reduplicative sunt illae propositiones quae continent particulas reduplicantes *qua, quatenus*, ut haec: *Petrus qua Logicus disputat*, aut haec alia *Medicus quatenus talis curat*

[p. 56]

quarum sensus est: *Petrus disputat et ratio disputandi est Logica; Medicus curat et ratio curationis est Medicina.*

106. Haec propositiones possunt esse verae in sensum reduplicativo, vel specificativo. Tum erunt verae in sensu reduplicativo quando in subiecto datur ratio qua praedicatum ei conveniat, ut contingit in citatis propositionibus. Erunt verae in sensum specificativo quando licet prae dicatum conveniat subjecto non tamen datur in subjecto ratio qua ei conveniat; hinc haec propositio *Homo qua homo Deum videvit*, est vera in sensu specificativo, falsa vero in sensu reduplicativo,

quia esse hominis non est ratio cur sit Deum
15 vissurus.

107. Expositis exemplis satis liquet
omnis propositiones latenter compositas
seu exponibiles efficere sensum copulativum,
ideoque aequivalere propositionibus copu-
20 lativis. Ad ipsarum ergo veritatem requiritur

[p. 57]

omne propositiones simplices quas includunt
esse veras.

Articulus Octavus
Exponuntur principia quadam Propositio-
5 nes tam³⁴⁵ affirmantes quam negantes spec-
tantia

108. Cum supra dictum sit propositionem affirmantem
eam esse, in qua praedicatum cum subjecto conjun-
gitur, negantem vero in qua praedicatum a subjec-
10to removetur. Nunc principia quadam sunt expo-
nenda, quae ab affirmationis et negationis natu-
ra derivantur, et quorum cognitio maximi ex
momenti ad demonstrandas syllogismorum regu-
las seu leges. Sit ergo

³⁴⁵ tan

¹⁵Principium Primum

109. Attributum propositionis affirmantis dicitur de subjecto secundum³⁴⁶ omnem suam comprehensionem per alicuius ideae comprehensionem intelliguntur omnes proprie-

[p. 58]

tates³⁴⁷ essentiales³⁴⁸ quas idea complectitur. Unde principii sensui est, dum attributum³⁴⁹ de subjecto affirmatur affirmari etiam debent³⁵⁰ omnes essentiales³⁵¹ attributi³⁵² proprietates³⁵³ ita enim in affirmativa propositione praedicatum affirmatur de subjecto ut cum eo sit quid unum, et idem

Principium Secundum

110. Attributum³⁵⁴ propositionis affirmativae praedicatur de subjecto secundum extensionem subjecti. Si¹⁰ namque per affirmationem attributum³⁵⁵ ita cum sub-

³⁴⁶ Sigue extensionem subjecti

³⁴⁷ proprietates

³⁴⁸ essentiales

³⁴⁹ attributum

³⁵⁰ devent

³⁵¹ essentiales

³⁵² attributi

³⁵³ proprietates

³⁵⁴ Atributum

³⁵⁵ atributum

jecto consociatur, ut cum eo quid idem fiat, ergo fit etiam quid idem cum omnibus quibus communis est idea et natura subjecti. Unde in hac affirmatur *Omnis homo est animal* attribu-
¹⁵tum³⁵⁶ animal affirmatur de omni homine.

Principium tertium

111. Attributum³⁵⁷ propositionis affirmantis non sumitur universaliter sive secundum integrum ipsius extensionem. Sunt siquidem plures propositiones affirmantes quarum attributum abs

[p. 59]

dubio³⁵⁸ universaliter non accipitur. Talis est haec: *Omnis circulus est figura*, cuius praedicatum si secundum integrum suam extensionem acciperetur absonum hunc sensum redderet: *omnis circulus est omnis figuram*.

Principium Quartum

112. Attributum³⁵⁹ propositionis negantis sumitur universaliter sive removetur secundum omnem suam extensionem a subjecto. Ratio est: quia per
¹⁰ negationem attributum³⁶⁰ a subjecto removetur a

³⁵⁶ atributum

³⁵⁷ Atributum

³⁵⁸ duvio

³⁵⁹ Atributum

quo proinde³⁶¹ excluduntur ea omnia quae naturam attributi³⁶² habent. Cum ergo omnia attributi³⁶³ inferiora ipsius naturam participem omnia etiam excluduntur, quod est secundum integrum ex
¹⁵tensionem removeri a subjecto.

Principium Quintum

113. Attributum³⁶⁴ propositionis negantis non sumitur secundum totam suam comprehensionem. Ut namque attributum³⁶⁵ a subjecto media negatione removatur minime opus est, ut nihil intersit
²⁰

[p. 60]

commune. Sic vere attributum³⁶⁶ a subjecto removetur ut in hac propositione: Corpus non est spiritus etsi non negetur Corpus esse substantiam quae est perfectio in idea sive comprehensione attributi³⁶⁷ id est, spiritus inclusa.

⁵Articulus Ultimus De Propositionum Conversione

³⁶⁰ atributum

³⁶¹ prohinde

³⁶² attributi

³⁶³ attributi

³⁶⁴ Atributum

³⁶⁵ attributum

³⁶⁶ atributum

³⁶⁷ attributi

114. Conversio est mutatio subjecti in praedicatum et praedicati in subjectum servata eadem propositioni veritate; tres sunt conversionis modi *simpliciter*, nempe, *per accidens* et *per contrapositionem*. Conversio simplex est mutatio subjecti in praedicatum et praedicati in subjetum servata eadem quantitate, vg. *nullus homo est brutum*; *Nullus brutum est homo*. Conversio per accidens est mutatio terminorum mutata quantitate; vg. aliquis ¹⁶ homo est Philosophus³⁶⁸; aliquis Philosophus³⁶⁹ est homo.

115. Conversio per contrapositionem est terminorum commutatio, ita sit uterque per praefidam negationem ex finito fiat infinitus, vg *aliquis homo non est justum*; *aliquid non justum non est non homo*. Hac sufficient de conversionis natura et divisionibus. Ast quando nam conversione simplici per accidens et per contrapositionem utendum erit? Id ut sciatis car-

[p. 61]

mina sequentia memoriae mandate
“Feci simpliciter convertitur Eva per accidens
“Asto per contrapositionem, sic fit conversio tota”.

116. Pro quorum intelligentia³⁷⁰ notandum Logica
⁵ quatuor his litteris A, E, I, O Propositiones tam³⁷¹ universales quam particulares tam³⁷² affirmantes quam

³⁶⁸ Phylosofus

³⁶⁹ Phylosofus

³⁷⁰ intelligensia

³⁷¹ tan

negantes significare, ita ut communi horum sensu
A unviersalem affirmantem, O particularem negan-
tem significet. Praedictorum ergo carminum sen-
¹⁰sus est. Feci, id est, universalis negans et particularis
affirmans convertuntur simpliciter: ut *aliquis ho-*
mo est animal, aliquod animal est homo; Nullus
homo est lapis, nullus lapis est homo. Eva sensu uni-
versalis negans et universalis affirmans conver-
¹⁵titur per accidens. Ut *omnis felicitas humana est*
adversis permixta; ergo aliquod adversum permix-
tum est felicitas humana. Asto seu universalis
affirmans et particularis negans convertuntur
per contrapositionem: ut *omnis peccator est miser; om-*
²⁰*ne non miserum est non peccator.* De his tamen satis.
Ad tertiam mentis oeprationem gradum faciamus.

[p. 62]

Sectio Tertia De Ratiocinatione seu Discursu

Articulus Primus De Discursu³⁷² seu Ratiocinationis Natura

⁵ **117.** Inter varios plura objecta cognoscendi modi
in intellectu nostro per quam familiaris est illae quo
unum objectum ex alio cognoscit propter collectionem
qua unum cum alio habet, atque hic intelligendi

³⁷² tan

³⁷³ Discursus

modus Ratiocinatio nuncupatur, quae potest sic
¹⁰ definiri mentis operatio qua judicium minus no-
tum ex magis noto infertur. Verum ut Ratio-
cationis natura melius ignotescat, exponendum
est quomodo a mente perficiatur.

118. Cum idea rerum ad quas attendimus
¹⁵ ita clara sint, sit sola terminorum perceptione
menti nostra convenientia vel repugnantia igno-
tescat, eas statim jungimus aut separamus, mi-
nimeque necesse est ad aliam ideam configere ad con-
venientiam vel repugnantiam detegendam, atque hoc
²⁰ modo de primis veritatibus indemonstrabilibus

[p. 63]

ut totum sua parte majus judicamus.

119. Verum duae ideae³⁷⁴ quas expendimus ali-
quando tales sunt ut earum convenientiam aut
repugnantiam ex sola ipsarum intuitu non percipiamus.
⁵ Tum mens eas cum alia idea notiori comparamus
ipsarum convenientiam vel repugnantiam detegit. Si
namque ad tertiam convenientia ea Metaphysico³⁷⁵
axiomate³⁷⁶, **quaesunt eadem uni tertio sunt idem**
inter se. Unum alteri convenire cognati ea quorum
¹⁰ unum convenit cum tertio et alterum non convenit cum
eodem tertio, inter se non conveniunt³⁷⁷ cum trium ju-

³⁷⁴ idea

³⁷⁵ Methaphysico

³⁷⁶ acciomati

dicant.

120. Quaemadmodum termini ideas et propositiones judicia, ita argumentatio internum discrusum, sive ratiocinationem verbis declarat; Est igitur argumentatio ipsa externa oratio qua discursus exprimitur. Unde sicut discursus dari nequit absque dupli saltem propositione quarum prima antecedens altera vero consequens appellatur. In super in omni ratiocinatione sive argumentatione distinguendum est consequens a consequentia³⁷⁸. Consequens enim est, quidquid sive legitime sive ille-

[p. 64]

gitime ex antecedenti infertur. Consequentia³⁷⁹ vero est connectio judicii deducti cum antecedenti. Unde aliquando accidit consequantiam³⁸⁰ legitimam, falsum vero consequens esse. Vg. in hac ratiocinatione

*Quod habet partes est divissibile
Sed anima Rationalis habet partes:
Ergo anima Rationalis est divissibilis*

121. Hinc consequens utique numquam autem consequentia³⁸¹ distingui potest; vel enim connectio³⁸² est inter

³⁷⁷ consensiunt

³⁷⁸ consequensia

³⁷⁹ Consequensia

³⁸⁰ consequensiam

antecedens et consequens, vel nulla existit. Si prius conceditur consequentia³⁸³. Si posterius nulla est consequentia³⁸⁴ proinde³⁸⁵ negatur. Consequens autem utpote propositio, ambiguum duplumque sensum ad-
¹⁵mittere potest: ergo et distingui.

Articulus Secundus
**De principiis argumentationis Speci-
ebus**

122. Septem argumentationis Species nume-
²⁰rantur, scilicet **inductio, exemplum, sorites,**

[p. 65]

dilemma, Entimemma, Epiqueremma, et Syllogismus³⁸⁶. Inductio est argumentatio, qua approbatur aliquid inesse homini, quia inest singulis: vg. si ex eo quod singulis homines sint Mortales, inferas omnes homines mortales esse, hoc modo: *Petrus est mortalis; Paulus est mortalis*, et sic de caeteris: ergo omnes homines sunt mortales hujus argumenti usus frequens est in rebus Physicis, vel autem sua efficacitate³⁸⁷ non destituatur, sequentes regulae sunt observandae.

³⁸¹ consequensia

³⁸² conectio

³⁸³ consequensia

³⁸⁴ consequensia

³⁸⁵ prohinde

³⁸⁶ Sylogismus

³⁸⁷ efficacitate

10 **123.** Prima enumeratio singulorum sit integra et perfecta, si namque manca sit seu imperfecta inductio robore caret, et in errores³⁸⁸ et abusus scientiae³⁸⁹ vitaeque commercio³⁹⁰ notios inducit³⁹¹: dum defectus paucorum integrae communitate in acquissimo **15** judicio affiguntur. Secunda. Si attributum³⁹² aliquod pluribus, aut uni tantum sub certa specie contentum necessario convenire ostendatur; valet inductio quia quod vel uni necessario convenit; etiam externis sub certa specie contentis **20** conveniat necesse est.

124. Exemplum est argumentatio, qua unum singulare vel particulare ex alio probatur prop-

[p. 66]

ter rationis paritatem. *Ut inordinatum amor Salomonem perdidit; ergo te perdet si illi indulgeas.* Valeat hic inferendi modus si antecedens sit notior et subjectum consequentis sit simile subjecto antecedentis, secus³⁹³ incerta et falibilis evadit illatio³⁹⁴ cum falsa rerum imagine delluci, similitudinem ibi fingamus ubi vera dissimilitudo regnat. Huc etiam redu-

³⁸⁸ herrores

³⁸⁹ sciensiae

³⁹⁰ comercio

³⁹¹ inducit

³⁹² attributum

³⁹³ saecus

³⁹⁴ illasio

cuntur parabola Apologus et argumentum A pari³⁹⁵. Sorites est argumentatio composita ex contingen¹⁰ta serie propositionem ita inter se connectarum, ut praedicatum semper propositionis praecedentis sit subjectum consequentis, donec praedicatum ultime propositionis affirmetur vel negetur de subiecto prima. Ut si probaturus avaros esse misseri hoc pacto procederes

Avari multa desiderant.

Qui multa desiderant multis egent.

Qui multis egent vivunt inquieti

Qui vivunt inquieti sunt misseri.

²⁰ *Ergo avari sunt misseri.*

125. Si vero aliqua ex propositionibus non cohaereat cum

[p. 67]

antecedenti vel consequenti, fallax erit argumentatio.

126. Dilemma est argumentatio cujus antecedens duo disjunctiva membra ita continent ut alterum necessario concedendum sit; qualemque autem concedatur molesta conclusio infertur. Hinc argumentum **cornutum**³⁹⁶ vocatur: ut ille lud Sancti Augustini: *Vel fides Catholica³⁹⁷ est propagna cum miraculis vel sine illis.* Si primum: Respondeo vera est fides Catholica³⁹⁸ utpote miraculis con-

³⁹⁵ Appari

³⁹⁶ Sigue ~~corruptum~~

³⁹⁷ Chatolica

¹⁰firmata. Si secundum; ergo hoc ipsum fuit maximum miraculum. Unde tota vis dilemmatis pendet a gemino quem continen Syllogismo; Si haec infirma erit argumentatio, si alteruter laboret, aut si membra disjunctionis adhibeas inter quae ad-
¹⁵versarius medium invenit.

127. Epiqueremma definiri vulgo solet argumentatio, cuius alterutri vel utrius propositioni sua illi eo adjungitur probatio, priusquam vel educatur Conclusio. Ut *omnis substantia spiritualis cum partibus careat in quas possit dissolvi, est immortalis. Atqui anima rationalis est substantia spiritualis cum vellit atque intelligat: ergo anima rationalis est immortalis*

[p. 68]

ma rationalis est immortalis. Unde ea Aristoteles cui consentit³⁹⁹ Quintilianus, Epiqueremma esset Syllogismus⁴⁰⁰ constans ex probabilibus. Est enim **Philosophema**⁴⁰¹, inquit Aristoteles, Syllogismus **demonstrativus**. Epiqueremma vero Syllogismus **Dialecticus**. Quidquid tam sit hac argumentatione plurimum delectatur animus, quia in eo nihil dubitationis⁴⁰² relinquitur. Harum argumentationem maxima pars ad Syllogismum reduci potest,

³⁹⁸ Chatholica

³⁹⁹ concentit

⁴⁰⁰ Sylogismus

⁴⁰¹ Phylosofema

⁴⁰² duvitationis

¹⁰ qui est praecipuae argumentationis genus magisque
in Scholis⁴⁰³ suscitatur⁴⁰⁴. Quamobrem de eo potissimum
agendum. Sit ergo

Articulus Tertius
De Natura Syllogismi

¹⁵ **128.** Syllogismus ex Aristotele, est *oratio in*
*qua quibusdam positis*⁴⁰⁵ *aliud quidpiam ab his*
*quae posita*⁴⁰⁶ *sunt*⁴⁰⁷, *necessario sequitur ex eo quod haec*
sint. At ne quid dissimilem cum in omni ar-
gumentatione unde ea alio ducatur, atque adeo
²⁰ qualibet illarum dici possit oratio in qua ex qui-

[p. 69]

busdam positis⁴⁰⁸ aliud colligitur⁴⁰⁹, videtur, definitionem
syllogismi modo traditam illi adeo non convenire, ut
caeteris quoque argumentationis speciebus, quaemad-
modum certe requiritur, ut legitima, sit tribui
⁵ minime possit. Rectius ergo definitur Syllogismus
argumentatio tres propositiones complectens, ea le-
ge dispositas atque inter se connexas, ut quae pos-
teriori loco est, ex prioribus per hinc ac effectus⁴¹⁰ a⁴¹¹ sua

⁴⁰³ Scolis

⁴⁰⁴ succitatur

⁴⁰⁵ possitis

⁴⁰⁶ possita

⁴⁰⁷ Palabra agregada entre líneas.

⁴⁰⁸ possitis

⁴⁰⁹ coligitur

causa consequatur. In⁴¹² exemplum: *Omnis homo compos rationis est; sed Petrus est homo: ergo Petrus compos rationis est.* Duae primae propositiones appellantur praemissa; tertio vero Conclusio. Vocabuli ratio est quod tertia propositio per priores duas probetur, et ab his concludatur. Duae autem aliae quae tertia probationem continent, priori loco ut plurimum inter disputandum proponi soleant.

129. In quolibet syllogismo tres reperiuntur termini, quorum nomine sunt: **medium terminum, majus extremum, et minus extremum.** Ideam illam quae in praemissis cum duobus extremis comparatur ad degendam eorum convenientiam⁴¹³ aut repugnantiam⁴¹⁴ medium termini dicimus. **Majus**

[p. 70]

extremum quod est in conclusione praedicatum, et minus extremum ejusdem subjectum appellatur. Inde etiam est quod praemissarum illa in qua majus extremum cum medio termino continetur **maior propositio** in syllogismo nuncupetur. Quae vero minus extremum cum medio termino complectitur **minor** dicitur. In Syllogismo igitur medius terminus dueaque praemissae continent rationem et probationem **Conclusionis**, quae aliud non est

⁴¹⁰ efectus

⁴¹¹ Palabra agregada entre líneas.

⁴¹² Cn [En]

⁴¹³ conveniensiam

⁴¹⁴ repugnansiam

quam propositio majus et minus extremum secum jungens
¹⁰ aut a se invicem⁴¹⁵ dijungens. In exemplum sit iste
 syllogismus: *omne vitium fugiendum est; atqui desidia⁴¹⁶*
est: ergo desidia⁴¹⁷ fugienda est. Majus extremum est fu-
giendum, minus extremum est desidia⁴¹⁸, medius ter-
minus est vitium. Prima autem syllogismi propositio majus
¹⁵ est, quia continet majus extremum nempe *fugiendum*
 cum medio termino scilicet *vitium*. Secunda minor
 quia minus extremum nempe desidia⁴¹⁹ cum medio
 termino id est, *vitium* complectitur. Tertia denique
 Conclusio appellatur, quia majus extremum scilicet
²⁰ *fugiendum*, cum minori extremo⁴²⁰
⁴²¹ nimirum desidia⁴²² *continet*. Hac ad materia
 pertinent Syllogismi. Illius vero forma est

[p. 71]

legitima seu ad rite concludendum apta terminorum ac
 propositionem dispositio: et duplex⁴²³ potissimum distinguitur
 figura nempe et modus. Figura est relatio medii cum
 duobus extremis in duplice⁴²⁴ praemissa secundum

⁴¹⁵ imbicem

⁴¹⁶ decidia

⁴¹⁷ decidia

⁴¹⁸ decidia

⁴¹⁹ decidia

⁴²⁰ Sigue ~~id est, vitium com-~~

⁴²¹ Antes ~~pleteatur~~

⁴²² decidia

⁴²³ duplex

⁴²⁴ dupplici

⁵ relationem subjecti atque praedicati. Medium et duo extrema in ratione praedicati et subjecti triplici modo ordinarie inter se possunt: vel medium in una praemissa est attributum⁴²⁵, in alia subjectum, vel in utraque praedicatum vel in utraque subjectum: Nullus ¹⁰ alias est tria haec comparandi modus. Tres igitur figuræ statuimus: Primum dicitur prima figura. Secundum secunda, tertium tertia constituet. Exemplis res fiet clarior.

In prima figura

¹⁵ “Omnia flumina sunt ab aqua pluvia:
Magnum para est fluvium:
Ergo Magnum Para est ab aqua pluvia

In secunda figura

Omnia animantia fiunt ex semine;
²⁰ Nulla lapides fiunt ex semine:
Ergo nulli lapides sunt animantia

[p. 72]

In tertia figura

“Nullus cometa est semper visibilis⁴²⁶
Omnis cometa est verus Planeta
Ergo aliquis verus Planeta non est semper visibilis⁴²⁷

⁴²⁵ attributum

⁴²⁶ vissibilis

⁴²⁷ vissibilis

5 130. Modus vero est propositionum combinatio⁴²⁸ in Syllogismo secundum earum quantitatem et qualitatem, nempe universalitatem et particularitatem, affirmationem et negationem; et quia multipliciter propositiones combinare⁴²⁹ possunt, hinc Dialectici plurimos 10 syllogismorum modus ad legitime concludendum utiles recensent. Quos ipsae artificialibus vocabulis et tribus barbaris carminibus comprehendunt

“Barbara, Celarent, darii ferioque probatur
Caesare, Camestres, Festino, Baroco, daracti
15 Phaelapton, Dissamis, Dactisi, bocardo Phe-

Articulus Quartus
De Syllogismo simplici et composito

131. Syllogismus vocamus ratiocinationes tripli propositione constantes, uti *omne factum 20 dictum aut concupitum contra legem Dei aeter-*

[p. 73]

nam⁴³⁰ est malum; Omne peccatum est factum, dictum aut concupitum contra legem Dei aeternam: ergo omne peccatum est malum. Igitur in simplices seu absolutos et compositos dividuntur. Simplices seu ab- 5 solutis et a facilioribus elucidationum⁴³¹ incipiamus, hi sunt qui tribus simplicibus terminis totidemque

⁴²⁸ convinatio

⁴²⁹ convinare

⁴³⁰ aethernam

⁴³¹ elucitacionibus

propositionibus simplicibus constat. Qualis est modo ad ductus Syllogismus. Simplex syllogismus duplex⁴³² est alter scilicet expicatorius⁴³³, alter termino ¹⁰ communi. Expicatorius⁴³⁴ est cuius omnes propositiones sunt singulares. Syllogismus vero de termino communi illi est, cuius una vel alterutra praemis sarum est propositio universalis.

132. Syllogismus compositus sive conjunctus est ¹⁵ cuius una saltem propositio est composita, et ita in eo distributa, ut una illius pars assumatur in minore et altera in conclusione deducatur. Hujusmodi ratiocinationum multiplex distinguitur species; Praecipue sunt **disjunctivae**, et **copulativae**⁴³⁵, **causales**, et **conditionales**⁴³⁶. Ut nihil dicant de ²⁰ modalibus, quarum aut nullus est usus⁴³⁷, aut si quis aliquanto hujuscemodi⁴³⁸ specie argumentatur, proposi-

[p. 74]

tionum dispositione utitur adeo manifesta, ut res per se ipsam pateat nullasque regula opus sit praeter naturalem ipsum mentis nostrae conceptum. Ut si quis diceret impossibile est hominem ethnicum⁴³⁹ et ad inferos jam damnatum

⁴³² duplex

⁴³³ expicatorius

⁴³⁴ Expicatorius

⁴³⁵ Las dos palabras entre líneas.

⁴³⁶ condicionales

⁴³⁷ ussus

⁴³⁸ hujuscemodi

⁴³⁹ etnicus

⁵ salvari; Imperatur Trajanus fuit homo ethnicus⁴⁴⁰ et
ad inferos damnatus; impossibile ergo est Trajanum salvari.

133. Syllogismi disjunctivi sunt in quorum majori propositione disjunctiva duae aut plures partes sub disjunctione affirmantur, ut, altera disjunctionis pars¹⁰ in minore absolute negata, pars reliqua absolute inferatur, vel e contra: in⁴⁴¹ exemplum. *Necesse est, ut omnis mali in hac vel in altera vita puniantur. Sed plures non puniantur in hac: ergo in altera necesse est.*

Horum syllogismorum fundamentum et principium est¹⁵ ipsamet propositionum disjunctivarum indoles quae in eo stat, ut ab earum veritate opus sit nullum inter disjunctionis membra dari medium; vitiosus proinde⁴⁴² erit syllogismus cum accurata non est divisio⁴⁴³, et membra propositionis disjunctivae medium aliquod pati-⁵untur.

134. Syllogismus Copulativus dicitur qui major habet copulativam ut qua et minore absoluta con-

[p. 75]

clusionem infert absolutam. Una tantum communiter loquendo est hujusmodi ratiocinationem species utilis, et in hominum commercio⁴⁴⁴ admissa, in qua nimirum major est propositio

⁴⁴⁰ etnicus

⁴⁴¹ en

⁴⁴² prohinde

⁴⁴³ dicitio

⁴⁴⁴ comercio

copulativa negans, minor autem est absoluta quae alteram maioris partem affirmet, ut in conclusione etiam absoluta alia ejusdem majoris pars negetur; non tamen econtra, nisi partes ita sibi mutuo adversentur ut medium non admittant.

135. Syllogimos Causales eos appellamus quorum major propositio est causalis, minor et conclusio absoluta. Harum ratiocinationum quarum usus⁴⁴⁵ in tota vita, et omnium dicendi, tum scribendi genere est frequentissimus duae sunt regulae. Prima est ut quando antecedens majoris affirmatur in minori, ejusdem consequens in conclusione affirmetur juxta illa axiomata⁴⁴⁶. **Posito antecedente ponitur consequens verus prius: ergo et posterius.** Secunda regula est, ut quando tollitur seu negatur consequens in minore, tollatur antecedens in conclusione juxta haec alia: **Sublato consequente, tollitur antecedens. Falsum consequens: ergo etiam antecedens.**

136. Syllogismus conditionalis est illae, cuius major est propositio conditionalis ea ratione in illo distributa, ut una illius pars minor constitutat, altera vero in conclusione

[p. 76]

absolute deducatur: rem in exemplo videas: Si *Deus est justus, punientur iniqui; Deus est justus: ergo punientur iniqui.* Horum syllogismorum eadem omnino

⁴⁴⁵ ussus

⁴⁴⁶ acciomata

sunt regulae atque causalium: unum enim hoc inter
⁵ utrasque discriminem est, quod maior ut plurimum sit inter causam
et effectus, quam inter conditionem et conditionatum con-
nectio, caeteris tamen paribus; inter priores vera actio,
inter posteriores sola connectio⁴⁴⁷ intervenit, qua igitur
de causalibus supra exponimus de conditionalibus dicta
¹⁰ habet. Quia tamen Regulae hucusque tradita sint spe-
ciales, solumque in syllogismis, quos compositos appell-
lant, locum habent, Syllogismorum generales exponere
Regulas necesse est. Sit ergo

Articulus Quintus
¹⁵ De Syllogismorum Regulis

